Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

domino iuxta omnia que fecerant patres eius.

XXIIII

xxiiii In diebus eius ascendit ~~rex~~ nabuchodonosor rex babilonis. Et factus est ei ioachim servus tribus annis et rursum rebellavit contra eum. Immisitque ei dominus latrunculos chaldeorum et latrunculos syrie latrunculos ~~quoque~~ moab et latrunculos filiorum amon. Et immisit eos in iudam ut disperderent eum iuxta verbum domini quod locutus erat per servos suos prophetas. Factum est autem per verbum domini contra iudam ut auferret eum coram se propter peccata manasse universa que fecit et propter sanguinem innoxium quem effudit et implevit ierusalem cruore innocentium et ob hanc rem noluit dominus propiciari. Reliqua autem sermonum ioachim et universa omnia que fecit nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum iuda. Et dormivit ioachim cum patribus suis. Regnavitque ioachim filius eius pro eo. Et ultra non addidit rex egypti ut egrederetur de terra sua. Tulerat enim rex babilonis a rivo egypti usque ad flumen eufraten omnia que fuerant regis egypti. xviii annorum erat ioachim cum regnare cepisset et tribus mensibus regnavit in ierusalem. Nomen matris eius nesta filia helnathan de ierusalem. Et fecit malum coram domino iuxta omnia que fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt servi nabuchodonosor regis babilonis in ierusalem et circumdata est ~~urbs~~ urbs munitionibus. Venitque nabuchodonosor rex babilonis ad civitatem cum servis suis ut oppugnaret eam. Egressusque est ~~rex~~ ioachim rex iuda ad regem babilonis ipse et mater eius et principes eius et servi eius et eunuchi eius et suscepit eum rex babilonis anno octavo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus domini et thesauros domus regie et concidit universa vasa aurea que fecerat ~~rex~~ salomon rex israel in templo domini iuxta verbum domini. Et transtulit omnem ierusalem et universos principes et omnes fortes exercitus x milia in captivitate et omnem artificem et inclusorem nichilque relictum est exceptis pauperibus populi terre. Transtulit quoque ioachim in babilone et matrem eius et uxores regis regis et eunuchos regis et iudices terre duxit in captivitate de ierusalem in babilone et omnes viros robustos vii milia et artifices et inclusores mille omnes viros fortes et bellatores duxitque eos rex babilonis captivos in babilone. Et constituit mathathiam patruum eius pro eo imposuitque ei nomen sedechiam. Vicesimum et primum annum etatis habebat sedechias cum regnare cepisset et xi annis regnavit in ierusalem. Nomen matris eius erat amithal filia ieremie de lobna. Et fecit malum coram domino iuxta omnia que fecerat ioachim. Irascebatur enim dominus contra ierusalem et contra iudam donec proiceret eos a facie sua. ~~Recessit~~ Recessitque sedechias a rege babilonis.

XXV

xxv Factum est autem anno nono regni eius mense